zó con un leño el agua amarga para dar a conocer a los hombres sus poderes? [154] El Altísimo concedió al hombre esta ciencia para que se le honrase en sus maravillas. Curando con las medicinas mitigó [155] el dolor de los hombres» (Eccli 38, 1-7). *Cuatro versículos más adelante:* «Hijo mío, en tu enfermedad no desesperes [156], sino suplica al Señor y El te curará. Aléjate del pecado, domina tus manos y limpia tu corazón de toda maldad» (Eccli 38,9-10). *Un versículo después:* «Ofrece una pingüe oblación y haz participar de ella al médico, pues también a él lo creó Dios: que no esté lejos de ti, porque su ayuda es necesaria. Hay ocasiones en que depositas tu suerte en sus manos. También ellos suplicarán al Señor, para que procure el alivio a sus enfermos y la curación mediante su diagnóstico» (Eccli 38,11-14). *Un versículo después:* «Hijo mío, derrama lágrimas por el difunto y comienza a llorar como si hubieras sufrido cosas terribles. Entierra su cuerpo como conviene y no dejes de darle sepultura. Por tan amarga pérdida lleva luto por él durante un día, y consuélate de la tristeza» (Eccli 38,16-17). «Pues a partir de la tristeza se apresura a llegar la muerte, y consume el vigor: la tristeza del corazón abate el coraje» (Eccli 38,19). *Un versículo después:* «La sabiduría del escriba se incrementa en los períodos

dens non abhorrebit illi. Nonne a ligno indulcata est amara aqua ad agnitionem hominum uirtus illius? Et dedit homini scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigauit dolorem ipsorum (Eccli 38,1-7). *Et post IV uersus:* Fili, in tua infirmitate non desperes. Sed ora Dominum, et ipse curabit te. Auerte a delicto et dirige manus et ab omni delicto munda cor tuum (Eccli 38,9-10). *Et post I uersum:* Et inpingua oblationem et da locum medico, etenim illum Dominus creauit: et non discedat a te, quoniam opera eius sunt necessaria. Est enim quando in manus illorum incurras: ipsi uero dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum et sanitatem propter conuersationem illorum (Eccli 38,11-14). *Et post* **[151]** *I uersum:* Fili, in mortuum produc lacrimas et quasi dira passus incipe plorare. Et secundum iudicium contege corpus illius et ne despicias sepulturam illius. Propter delaturam amare fer luctum illius una die et consolare propter tristitiam (Eccli 38,16-17). A tristitia enim festinata mors et cooperiet uirtutem, et tristitia cordis flectet ceruicem (Eccli 38,19). *Et post I uersum:* Non dederis in tristitiam cor tuum (Eccli 38,21). *Et post IX uersus:* Sapientia scribae in tempore uacuitatis, et qui minoratur actu sapientiam percipiet (Eccli 38,25).

[154] Puntuamos de forma distinta (Eccli 38,5): en lugar de colocar la interrogación tras *amara aqua*, la ponemos tras *illius*.

[155] Frente a *mitigavit*, la Vulgata (Eccli 38,7) ofrece el futuro *mitigabit*, «mitigará».

[156] En la Vulgata (Eccli 38,9) en vez de *ne desperes* se lee *ne despicias te ipsum*, «ne te desprecies a ti mismo».



de ocio: quien no se ve invadido de trabajo, adquiere sabiduría» (Eccli 38,25).

*Un poco después:* «Decid en vuestras palabras: obedecedme [157], divinos frutos de las aguas, y fructificad como rosales plantados en sus riberas. Emanad, como el Líbano, suaves fragancias. Floreced como el lirio, exhalad perfumado olor, frondosead en gracia, entonad vuestro cántico y bendecid al Señor por todas sus obras. Ensalzad su nombre y confesadle en las palabras que brotan de vuestro labio, en vuestros cánticos y con vuestras cítaras. Y decid así en vuestra manifestación: Las obras del Señor son todas sobremanera buenas. A una palabra suya se detienen las aguas como en un montón, y a una orden de su boca se forman como depósitos de agua. Porque a un mandato suyo se produce la calma y no hay retraso alguno en su ejecución. Las obras de todo hombre están ante El y nada permanece escondido a sus ojos. Desde el principio hasta el final de los tiempos lo verá todo, y a su mirada nada hay admirable. No hay ocasión de decir: ¿Qué es esto? o ¿qué es aquello?, pues todas las cosas se crearon en su momento» (Eccli 39,17-26).

*Un poco después:* «La gracia es como un paraíso colmado de bendiciones, y las obras de misericordia perviven eternamente» (Eccli 40,17). *Doce versículos después:* «Los hermanos sirven de auxilio en los momentos de angustia; pero por encima de ellos lo que salvará será la misericordia» (Eccli 40,24).

*Et paulo post:* In uoce dicito: oboedite me, diuini fructus aquarum, et quasi rosa plantata super riuum fructificate. Quasi Libanus odorem suauitatis habete. Florete flores quasi lilium, date odorem et frondete in gratiam et conlaudate canticum et benedicite Dominum in operibus suis. Date magnificentiam nomini eius et confitemini illi in uoce labiorum uestrorum, in canticis labiorum et citharis: et sic dicetis in confessione: opera Domini uniuersa bona ualde. In uerbo eius stetit aqua sicut congeries et in sermone oris eius sicut exceptoria aquarum. Quoniam in praecepto ipsius placor fit et non est minoratio in salute illius. Opera omnis carnis coram illo et non est quicquam absconditum ab oculis eius. A saeculo et usque in saeculum respiciet et nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere: quid est hoc? Aut quid est illud? Omnia enim in tempore suo quaerentur (Eccli 39,17-26). *Et paulo post:* Gratia sicut paradisus in benedictionibus **[152]** et misericordia in saeculo permanent (Eccli 40,17). *Et post XII uersus:* Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, et super eos misericordia liberabit (Eccli 40,24).

[157] El *oboedite* es, en otros codd., así como en la Vulgata, sustituido por *obaudite*, «escuchadme».

*Apenas un poco más adelante:* «La sabiduría escondida y el tesoro oculto, ¿qué utilidad hay en una y otro? Mejor es el hombre que oculta su estupidez que el que oculta su sabiduría» (Eccli 41,17-18 = 20,32-33).

*Algo después:* «Los que bendecís al Señor, exaltadle todo lo que podáis: El es superior a toda alabanza. Por mucho que lo exaltéis, no abarcaréis toda su grandeza» (Eccli 43,33-34). *Mucho más adelante:* «Acercaos a mí los que no sabéis, y acudid a la escuela. ¿Hasta cuándo vais aún a esperar? ¿Qué diréis aún a esto? Vuestras almas están angustiosamente sedientas. Abrí mi boca y hablé así: comprad sin dinero y someted vuestro cuello bajo el yugo, y que vuestra alma adquiera sabiduría. Cercana está para poder encontrarla. Ved con vuestros ojos que apenas me he esforzado y mucho descanso he hallado en ella. Adquirid sabiduría que vale dinero abundante, y poseed en ella oro en abundancia. Vuestra alma se alegrará en su misericordia, y no os avergonzaréis de alabarle. Poned a tiempo vuestro esfuerzo, y en el momento oportuno El os dará vuestra recompensa» (Eccli 51,31-38).

*Del* Libro de Tobías *hemos creído oportuno recoger los siguientes pasajes.*

*Et post paululum:* Sapientia enim abscondita et thesaurus occultus, quae utilitas in utrisque? Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quam homo, qui abscondit sapientiam (Eccli 41,17-18).

*Et aliquanto post:* Benedicentes Dominum, *(969)* exaltate illum quantum potestis: maior est omni laude. Exaltantes eum replemini uirtute (Eccli 43,33-34). *Et post multa:* Adpropiate ad me, indocti, et congregamini in domum disciplinae. Quid adhuc retardatis? Et quid adhuc dicetis in his? Animae uestrae sitiunt uehementer. Aperui os meum et locutus sum: conparate uobis sine argento et collum uestrum subicite iugo, et suscipiat anima uestra disciplinam. In proximo est enim inuenire eam. Videte oculis uestris, quoniam modice laboraui, et inueni mihi multam requiem. Adsumite disciplinam multo numero argenti, et copiosum aurum possidete in ea. Laetetur anima uestra in misericordia eius, et non confundemini in laude ipsius. Operamini opus uestrum ante tempus, et dabit uobis mercedem uestram in tempore suo (Eccli 51,31-38).

*De Libro Tobiae ista ponenda credidimus.*



## XXIV. Del libro de Tobías

«Honrarás a tu madre todos los días de tu vida. Deberás recordar cuáles y cuán grandes peligros sufrió por ti cuando te llevaba en su seno» (Tob 4,3-4). *Dos versículos después:* «En todos los días de tu vida ten presente a Dios, y ten cuidado en consentir en el pecado en ninguna ocasión, y de no pasar por alto los mandamientos de tu Dios. Practica la limosna con tus bienes y no vuelvas la mirada ante ningún pobre. Hazlo así para que tampoco el Señor aparte de ti su mirada. En la medida de tus posibilidades, muéstrate misericordioso. Si posees mucho, ayuda en abundancia; si posees poco, esfuérzate por ayudar magnánimamente, aunque sea poco, pues así es como atesoras un buen premio para ti para el día de la necesidad, porque la limosna libera de todo pecado y de la muerte, y no permite que el alma se precipite en las tinieblas. Aval importante a los ojos del Dios supremo es la limosna para todos aquellos que la practican. Guárdate, hijo mío, de toda fornicación, y no consientas nunca en cometer delito semejante contra tu mujer. No permitas nunca que la soberbia domine tus sentimientos o tus palabras: toda perdición toma en ella su origen. A cualquiera que te haya hecho un trabajo, dale inmediatamente su salario: que la paga del asalariado no quede en absoluto retenida entre tus manos. Lo que odias que otro te haga a ti, procura no hacérselo

## XXIV. De Libro Tobiae

Honorem habebis matri tuae omnibus diebus uitae eius. Memor enim esse debes, quae et quanta pericula passa sit **[153]** propter te in utero suo (Tob 4,3-4). *Et post II uersus:* Omnibus autem diebus uitae Deum in mente habe, et caue ne aliquando peccato consentias, et praetermittas praecepta Dei tui. Ex substantia tua fac elemosynam, et noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fit, ut nec a te auertatur facies Domini. Quo modo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter inpertire stude. Praemium enim tibi bonum thesaurizas in die necessitatis. Quoniam elemosyna ab omni peccato et a morte liberat, et non patitur animam ire in tenebris. Fiducia magna erit coram summo Deo elemosyna omnibus, qui faciunt eam. Adtende tibi, fili, ab omni fornicatione, et praeter uxorem tuam numquam patiaris crimen scire, superbiam autem numquam in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Quicumque aliquid tibi operatus fuerit, statim mercedem ei restitue: et merces mercennarii apud te omnino non maneat. Quod ab alio odis fieri tibi, uide ne alteri tu aliquando

jamás a otro. Come tu pan con los necesitados hambrientos, y cubre con tus vestidos a los desnudos» (Tob 4,6-17). *Dos versículos después:* «Busca siempre el consejo del sabio. Bendice a Dios en todo momento, y pídele que dirija todos tus caminos, y que todas tus decisiones permanezcan en El» (Tob 4,19-20). *Seis versículos después:* «No temas, hijo mío; llevamos verdaderamente una vida pobre, pero poseemos abundantes bienes; si nos mantenemos temerosos de Dios, nos conservamos lejos de todo pecado y practicamos el bien» (Tob 4,23).

*Mucho más adelante:* «Entonces Rafael [158] les dijo en particular: Bendecid al Dios del cielo y confesadle ante todos los vivientes, porque practicó con vosotros su misericordia. Bueno es guardar el secreto del rey, pero honroso es revelar y confesar las obras de Dios. Buena es la oración acompañada del ayuno; pero la limosna es mejor que almacenar tesoros de oro. Porque la limosna libera de la muerte: ella es la que purga los pecados y hace encontrar la vida eterna. En cambio, quienes practican el pecado y la iniquidad, son enemigos de su alma» (Tob 12,6-10).

*Un poco después:* «Escuchad, pues, a vuestro padre, hijos míos, servid al Señor en la verdad y procurad hacer lo que le complace; encargad a vuestros hijos que practiquen la justicia y la limosna, para que se acuerden de Dios y lo bendi-

facias. Panem tuum cum esurientibus egenis comede, et de uestimentis tuis nudos tege (Tob 4,6-17). *Et post II uersus:* Consilium semper a sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum, et pete ab eo, ut uias tuas dirigat, et omnia consilia tua in ipso permaneant (Tob 4,19-20). *Et post VII uersus:* Noli timere, fili mi: pauperem quidem uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene (Tob 4,23).

*Et post multa:* Tunc Raphahel dixit eis occulte: benedicite Deum caeli, et coram omnibus confitemini illi, quoniam fecit uobiscum misericordiam suam. Etenim sacramentum regis [154] abscondere bonum est: opera autem Dei reuelare et confiteri honorificum est. Bona est oratio cum ieiunio, et elemosyna magis quam thesauros auri condere. Quoniam *(970)* elemosyna a morte liberat et ipsa est quae purgat peccata et faciet inuenire uitam aeternam. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae (Tob 12,6-10).

*Et paulo post:* Audite ergo me, filii, patrem uestrum: seruite Domino in ueritate et inquirite, ut faciatis quae sunt placita illi, et filiis uestris mandate, ut faciant iustitias et elemosynas, ut sint memores Dei, et be-

[158] La Vulgata (Tob 12,6) no cita expresamente quién habla. Dice sólo: *Tunc dixit eis occulte.*



gan en todo momento en la verdad y en toda su fuerza» (Tob 14,10-11).

*Ahora que ya todos los libros canónicos y antiguos nos han proporcionado las citas oportunas para nuestra obra (y los que nos las han proporcionado no convenía que nos las facilitaran de todos sus pasajes, sino sólo de aquellos en que hemos encontrado preceptos claros de buenas costumbres, ya sea por ordenar cosas útiles o por prohibir las que no lo son), vamos a pasar a las obras sagradas, evangélicas y apostólicas. En el canon del* Nuevo Testamento *la cabeza la ocupan los cuatro conocidísimos y preclarísimos evangelios. En el primero de ellos —«Según Mateo»—, éstas son las ideas que consideramos oportunas para la obra que hemos emprendido.*

## XXV. Del evangelio según Mateo

«Cuando el Señor se dio cuenta de la muchedumbre, subió a un monte. Habiéndose sentado, se le acercaron sus discípulos. El, tomando la palabra, les enseñaba diciendo: Bienaventurados los pobres de espíritu, porque de ellos es el reino de los cielos. Bienaventurados los apacibles, porque ellos poseerán la tierra. Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados. Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos se verán hartos. Bienaventurados

nedicant eum in omni tempore in ueritate et in tota uirtute sua (Tob 14,10-11).

*Iam nunc quoniam non omnes libri canonici ueteresque huic operi nostro necessaria dederunt, neque hi qui dederunt ex omnibus suis locis conueniebat ut darent, sed ex his tantum ubi apertiora morum honorum praecepta conperimus, siue ubi utilia iubentur, siue ubi contraria prohibentur: ad sacras litteras euangelicas et apostolicas transeamus. Caput in canone testamenti noui notissima et praeclarissima quattuor euangelia tenuerunt, in quorum primo, quod secundum Matthaeum est, ea quae nobis sunt ad hoc opus, quod suscepimus, congrua uideamus.*

## [155] XXV. De evangelio secvndvm Matthaevm

Videns autem Dominus turbas ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi

los misericordiosos, porque ellos se harán dignos de la misericordia. Bienaventurados los de corazón limpio, porque ellos verán a Dios. Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios. Bienaventurados los que padecen persecución por la justicia, porque de ellos es el reino de los cielos. Bienaventurados sois cuando os maldijeren y os denigraren echándoos dolosamente en cara todo tipo de acusaciones por causa mía: alegraos y saltad de gozo, porque vuestra recompensa en los cielos será abundante; porque así es como persiguieron a los profetas antes que a vosotros» (Mt 5,1-12).

«Vosotros sois la sal de la tierra; y si la sal pierde sus propiedades, ¿con qué se salará? No servirá ya para nada, sino para tirarla a la calle y que la pise la gente. Vosotros sois la luz del mundo. No puede camuflarse una ciudad levantada sobre un monte. Nadie enciende una lámpara y la coloca debajo de un cubo [159], sino que la cuelga de un candelabro para que dé luz a cuantos se hallan dentro de casa. Así ilumine vuestra luz delante de los hombres, para que todos vean vuestras buenas obras y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos» (Mt 5,13-16).

«No creáis que he venido a abolir la ley o los profetas. No he venido a abolirla, sino a cumplirla. En verdad os digo que mientras perduren el cielo y la tierra, ni una yota ni una tilde será suprimida de la ley, hasta que todo se haya cum-

saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati estis cum maledixerint uobis et persecuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me: gaudete et exultate, quoniam merces uestra copiosa est in caelis: sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos.

Vos estis sal terrae: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est.

Nolite putare quoniam ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. Amen dico uobis, donec transeat caelum et terra, iota unum **[156]** aut unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant.

[159] El texto latino especifica qué tipo de cubo: el *modius*, empleado como medida de capacidad, sobre todo para el trigo. Equivalía a 8,75 litros.



plido. De manera que quien dejare de observar el más mínimo de esos mandamientos y enseñare a hacer lo mismo a los demás, será considerado como el más pequeño en el reino de los cielos. En cambio, aquel que los observare y enseñare a observarlos, ése será considerado grande en el reino de los cielos. Pues os aseguro que si vuestra justicia no superase a la de los escribas y fariseos, no entraréis en el reino de los cielos» (Mt 5,17-20).

«Habéis oído que se ha dicho a los antiguos: No matarás, pues el que mate se hará reo de juicio (Ex 20,13; Deut 5,17). Pero yo os digo que todo aquel que se encoleriza contra su hermano se hará reo de juicio; y quien a su hermano llamare *racha* [160] se hará reo ante la asamblea; y quien le calificare de "loco" se hará reo del fuego del infierno. Si en el momento de ir a presentar tu ofrenda sobre el altar recordaras que tu hermano tiene algo contra ti, deja tu ofrenda allí mismo, ante el altar, y vete antes de nada a reconciliarte con tu hermano, y luego regresa y presenta tu ofrenda. Muéstrate inmediatamente conciliador con tu adversario mientras vas con él por el camino, no vaya a suceder que tu adversario te entregue al juez, el juez te entregue al alguacil y seas arrojado a la cárcel. En verdad te digo que no saldrás de allí hasta que hayas pagado el último céntimo» (Mt 5,21-26).

«Habéis oído que se ha dicho a los antiguos: No cometerás adulterio (Ex 20,14). Pero yo os digo que todo el que mirare a una mujer codiciándola, ya ha cometido adulterio en

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus uocabitur in regno caelorum. Dico autem uobis, quoniam nisi abundauerit iustitia uestra plus quam *(971)* scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.

Audistis, quia dictum est antiquis: non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio (cf. Ex 20,13; Deut 5,17). Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo *racha*, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius, reconciliare fratri tuo et tunc ueniens offers munus tuum. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in uia cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Audistis, quia dictum est antiquis: non moechaberis (cf. Ex 20,14). Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscen-

[160] Es decir, «vano», «inútil», «nada».

su corazón. Por tanto, si tu ojo derecho te sirve como motivo de escándalo, arráncatelo y arrójalo lejos de ti. Más provechoso te será que perezca uno de tus miembros que tu cuerpo entero sea arrojado al infierno. Y si tu mano derecha te es motivo de escándalo, córtatela y arrójala lejos de ti. Más provechoso te será que perezca uno de tus miembros que tu cuerpo entero acabe en el infierno. También se ha dicho: Quienquiera que repudiare a su esposa, entréguele el certificado del divorcio (Deut 24,1). Sin embargo, yo os digo que todo el que repudiare a su esposa —a no ser que el motivo sea la fornicación— la empuja al adulterio. Y quien se case con mujer repudiada, comete adulterio» (Mt 5,27-32).

«Asimismo habéis oído que se ha dicho a los antiguos: No perjurarás, antes bien, cumplirás los juramentos que le has formulado al Señor (Ex 20,7; Lev 19,12; Deut 5,11). Sin embargo, yo os digo: no juréis en modo alguno, ni por el cielo —porque es el trono de Dios—, ni por la tierra —porque es el escabel de sus pies—, ni por Jerusalén —porque es la ciudad del gran Rey—. No jures tampoco por tu cabeza, porque no tienes poder para convertir uno solo de tus cabellos en blanco o en negro. Que vuestra forma de hablar sea "sí, sí", "no, no". Cuanto se añada de más a eso, del mal procede» (Mt 5,33-37).

«Habéis oído que se ha dicho: Ojo por ojo y diente por diente (Ex 21,24; Lev 24,20; Deut 19,21). En cambio, yo os digo: no presentéis resistencia al malvado; antes bien, si al-

dum eam iam moechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te. Expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam et proice abs te. Expedit tibi ut pereat unum **[157]** membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii (cf. Deut 24,1). Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam moechari: et qui dimissam duxerit adulterat.

Iterum audistis quia dictum est antiquis: non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua (cf. Ex 20,7; Lev 19,12; Deut 5,11). Ego autem dico uobis non iurare omnino, neque per caelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo uester: est est, non non: quod autem his abundantius est, a malo est.

Audistis, quia dictum est: oculum pro oculo et dentem pro dente (cf. Ex 21,24; Lev 19,21; Deut 19,21). Ego autem dico uobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, praebe



guien te abofetea en la mejilla derecha, preséntale también la otra; y al que quiera litigar contigo y tomarte la ropa, entrégale también el manto. Y si uno te obliga a cargar con él durante una milla, vete con él otras dos. Dale a quien te pida; y no rechaces a quien te solicita un préstamo» (Mt 5,38-42).

«Habéis oído que se ha dicho: Amarás a tu prójimo, y odiarás a tu enemigo (Lev 19,18). En cambio, yo os digo: amad a vuestros enemigos, haced bien a los que os odian, orad por los que os persiguen y os calumnian, para que seáis hijos de vuestro Padre, que está en los cielos, que hace que su sol salga sobre malos y buenos, y envía su lluvia sobre justos e injustos. Pues si amáis a quienes os aman, ¿a qué recompensa os haréis acreedores? ¿No hacen también eso los publicanos? Y si solamente saludáis a vuestros hermanos, ¿qué hacéis de más? ¿No hacen también eso los gentiles? Sed, pues, perfectos, como perfecto es vuestro Padre celestial» (Mt 5,43-48).

«Procurad que no cumpláis vuestra justicia delante de los hombres para ser vistos por ellos. De lo contrario, no os haréis merecedores de la recompensa de vuestro Padre, que está en los cielos. Cuando des limosna no toques la trompeta delante de ti, como hacen los hipócritas en las sinagogas y en las calles, para ser alabados por los hombres. En verdad os digo que ya han recibido su recompensa. En cambio, cuando des limosna, que tu mano izquierda no se entere de lo que hace la derecha, para que tu limosna pase inadvertida. Y tu Padre, que ve lo secreto, te recompensará» (Mt 6,1-4).

illi et alteram: et ei qui uult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimittes ei et pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus. Vade cum illo alia duo. Qui petit a te, da ei: et uolentem mutuari a te ne auertaris.

Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum et odies inimicum tuum (cf. Lev 19,18). Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos et orate pro persequentibus et calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri **[158]** facit super malos et bonos, et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligatis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salu*(972)*taueritis fratres uestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti, sicut et pater uester caelestis perfectus est (Mt 5,1-48).

Adtendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in caelis est. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis et in uicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam, ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit ele-

«Cuando oréis, no seáis como los hipócritas, quienes gustan de orar en pie en las sinagogas y en las esquinas de las plazas para que la gente los vea. En verdad os digo que ya recibieron su recompensa. En cambio, tú, cuando ores, entra en tu habitación y, con la puerta cerrada, ora en secreto a tu Padre; y tu Padre, que ve lo escondido, te recompensará. Ahora bien, cuando hagáis oración, no seáis habladores como los gentiles, que piensan que van a ser escuchados por su verborrea. No os asemejéis, pues, a ellos, porque vuestro Padre sabe lo que necesitáis antes de que formuléis vuestra petición. Por tanto, orad así: *Padre nuestro, que estás en el cielo; santificado sea tu nombre; venga tu reino; hágase tu voluntad en la tierra como en el cielo; danos hoy nuestro pan de cada día; perdona nuestras ofensas, como también nosotros perdonamos a los que nos ofenden; no nos dejes caer en la tentación, y líbranos del mal.* Pues si perdonarais a los hombres sus ofensas, así también vuestro Padre celestial os perdonará vuestros delitos; ahora bien, si no perdonáis a los hombres, tampoco vuestro Padre os perdonará vuestras faltas» (Mt 6,5-15).

«Cuando ayunéis, no os mostréis tristes, como hacen los hipócritas, que desencajan su rostro para que la gente se dé cuenta de que están ayunando. En verdad os digo que ésos han recibido ya su recompensa. En cambio, tú, cuando practiques el ayuno, unge tu cabeza y lávate la cara para que la gente no se entere de que estás ayunando, sino sólo tu Padre,

mosyna tua in absconso: et Pater tuus, qui uidet in absconso, reddet tibi.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritae, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in absconso: Et Pater tuus, qui uidet in absconso, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici: putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo adsimilari eis: scit enim Pater uester, quibus opus sit uobis, antequam petatis eum. Sic ergo orabitis: *Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, ueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra, panem nostrum supersubstanti***[159]***alem da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne inducas nos in temptationem, sed libera nos a malo.* Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et uobis Pater uester caelestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater uester dimittet peccata uestra.

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum



que está en el secreto; y tu Padre, que ve lo oculto, te recompensará» (Mt 6,16-18).

«No atesoréis tesoros en la tierra, donde los ataca el orín y la polilla, y donde los ladrones pueden abrir un boquete y robarlo. Atesorad tesoros en el cielo, donde ni el orín ni la polilla los ataca, y donde los ladrones no pueden abrir un boquete y robarlo. Pues donde esté tu tesoro, allí está también tu corazón. Tu ojo es la lámpara de tu cuerpo: si tu ojo fuera perfecto, todo tu cuerpo sería luminoso; pero si tu ojo estuviera defectuoso, tu cuerpo todo estaría envuelto en tinieblas. De modo que, si la luz que hay en ti es oscuridad, ¿hasta qué punto resultará tenebrosa la oscuridad? (Mt 6, 19-23).

«Nadie puede servir a dos señores, pues odiará a uno y amará al otro, o apoyará a uno y combatirá al otro. No podéis servir a Dios y a *Mammon*[161]. Por eso os digo: no andéis preocupados por vuestra vida, por lo que comeréis o con qué recubriréis vuestro cuerpo. ¿No importa acaso el alma más que la comida y el cuerpo más que el vestido? Daos cuenta de las aves del cielo, cómo no siembran, ni cosechan, ni recolectan en graneros, y sin embargo vuestro Padre celestial las alimenta. ¿Y no sois vosotros más importantes que ellas? ¿Quién de vosotros, a fuerza de meditar, es capaz de añadir un simple codo a su estatura? Y del vestido, ¿por qué vais a preocuparos? Considerad cómo crecen los lirios del

et faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in absconso: et Pater tuus, qui uidet in absconso, reddet tibi.

Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi aerugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in caelo, ubi neque aerugo neque tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Lucerna corporis est oculus. Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt, ipsae tenebrae quantae erunt?

Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis Deo seruire et *(973)* mammonae. Ideo dico uobis, ne solliciti sitis animae uestrae, quid manducetis, neque corpori uestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, et corpus plus quam uestimentum? Respicite uola**[160]**tilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, et Pater uester caelestis pascit illa: nonne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Et de uestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque neunt. Dico

[161] Esto es, «a las riquezas».

campo: ni trabajan, ni hilan; y yo os digo que. sin embargo, ni Salomón con toda su gloria estuvo vestido como uno de ellos. Pues si Dios viste así a la hierba del campo, que hoy existe y mañana es arrojada al horno, ¿cuánto más os vestirá a vosotros, hombres de poca fe? Así que no os preocupéis diciendo: ¿qué comeremos?, ¿qué beberemos? o ¿con qué nos vestiremos? Los gentiles se afanan por todo eso; pero vuestro Padre sabe que de todo ello tenéis necesidad. Buscad, por tanto, primero el reino de Dios y su justicia, y todo aquello otro se os dará por añadidura. No os preocupéis, pues, por el día de mañan; el día de mañana tendrá sus propias preocupaciones: bástele a cada día su problema» (Mt 6,24-34).

«No juzguéis para que no seáis juzgados, pues con el criterio que juzguéis seréis juzgados, y con la medida que midiereis seréis medidos. ¿Por qué ves la paja en el ojo de tu hermano y no ves la viga en el tuyo? O ¿cómo le dices a tu hermano: deja que te saque la paja de tu ojo, cuando en el tuyo propio hay una viga? ¡Hipócrita! Sácate antes la viga de tu ojo, y ya intentarás luego sacar la paja del ojo de tu hermano. No arrojéis nada santo a los perros, ni les echéis vuestras perlas a los cerdos, para que no las pisoteen con sus patas y, volviéndose contra vosotros, os despedacen» (Mt 7, 1-6).

«Pedid y se os dará; buscad y encontraréis; llamad y se os abrirá. Pues todo el que pide, recibe; el que busca, encuentra; y al que llama, se le abre. ¿Quién de vosotros, si su

autem uobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem faenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos modicae fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Haec enim omnia gentes inquirunt: scit enim Pater uester quia his omnibus indigetis. Quaerite ergo primum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur uobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua (Mt 6,1-34).

Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, metietur uobis. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non uides? Aut quomodo dicis fratri tuo: sine, eiciam festucam de oculo tuo: et ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conuersi disrumpant uos.

Petite, et dabitur uobis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit inuenit, et pulsanti aperietur. Aut quis ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem,



hijo le pidiera pan, él le entregaría una piedra? Y si le pidiera un pez, ¿le ofrecería acaso una serpiente? Pues si vosotros, aun siendo malos, sabéis darles a vuestros hijos cosas buenas, ¡cuánto más vuestro Padre, que está en los cielos, dará buenas cosas a quienes se las piden!» (Mt 7,7-11).

«Todo aquello que deseáis que los hombres os hagan a vosotros, hacédselo también vosotros a ellos, porque ésa es la ley y los profetas. Entrad por la puerta estrecha, pues ancha es la puerta y espacioso el camino que conduce a la perdición; y muchos son los que por él caminan. ¡Qué estrecha es la puerta y qué angosto el camino que conduce a la vida, y cuán pocos son los que lo encuentran!» (Mt 7,12-14).

«Precaveos de los falsos profetas que se acercan a vosotros vestidos de ovejas y, sin embargo, por dentro son lobos rapaces. Por sus frutos los conoceréis. ¿Acaso se vendimian las uvas en los espinos y los higos se cogen de los abrojos? Todo árbol bueno proporciona buenos frutos; mientras que el árbol malo son malos frutos lo que proporciona. Un árbol bueno no puede producir malos frutos, ni un árbol malo producirlos buenos. Todo árbol que no da buen fruto, arránquesele y arrójesele al fuego. Por sus frutos, pues, los conoceréis» (Mt 7,15-20).

«No todo el que dice "Señor, Señor" entrará en el reino de los cielos, sino el que cumple la voluntad de mi Padre, que está en los cielos: ése entrará en el reino de los cielos. Muchos me dirán aquel día: Señor, Señor, ¿acaso no profe-

numquid lapidem **[161]** porriget ei? Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei? Si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona dare filiis uestris, quanto magis Pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se?

Omnia ergo quaecumque uultis ut faciant uobis homines et uos facite eis: haec est enim lex et prophetae. Intrate per angustam portam: quia lata porta et spatiosa uia, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta uia, quae ducit ad uitam, et pauci sunt qui inueniunt eam.

Adtendite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui *(974)* facit uoluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus et in tuo nomine daemonia

tizamos en tu nombre; en tu nombre arrojamos los demonios, y fueron muchos los milagros que en tu nombre hicimos? Y entonces les responderé: Nunca os he conocido; apartaos de mí, porque vosotros practicabais la iniquidad. Todo el que escucha estas palabras mías y las pone en práctica será comparado a un hombre prudente que edificó su casa encima de roca; y cayó la lluvia, y vinieron las torrenteras y soplaron los vientos y arremetieron contra su casa; pero ésta no se derrumbó porque estaba cimentada sobre roca. Pero todo el que escucha estas palabras mías y no las pone en práctica será equiparado a un estúpido que edificó su casa sobre la arena; y cayó la lluvia, y vinieron las tormentas y soplaron los vientos y arremetieron contra su casa; y ésta se derrumbó, y su ruina fue enorme» (Mt 7,21-27).

*Y un poco más adelante:* «Gratis lo habéis recibido; dadlo gratis. No guardéis ni oro, ni plata, ni dinero alguno en vuestras faltriqueras. No os procuréis alforja para el camino, ni dos túnicas, ni calzado, ni bastón, porque el obrero se hace acreedor de su sustento. Cuando entréis en cualquier ciudad o plaza fuerte, preguntad quién hay en ella que sea persona digna, y permaneced allí hasta que partáis. Entrando en la casa, saludadla. Si aquella casa fuera digna, descienda sobre ella vuestra paz; pero si no lo fuera, que vuestra paz retorne a vosotros. Si no hubiera nadie que os recibiese y escuchase vuestras palabras, en el momento de abandonar la casa o la ciudad sacudíos el polvo de vuestros pies. En verdad os digo que, en el día del juicio, la tierra de Sodoma y de Gomorra

eiecimus et in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia numquam noui uos, discedite a me, qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea haec et facit ea adsimilabitur uiro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram: et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerunt uenti et inciderunt in domum illam, et non cecidit: fundata enim erat supra petram. Et **[162]** omnis qui audit uerba mea haec et non facit ea similis erit uiro stulto, qui aedificauit domum suam supra arenam: et descendit pluuia et uenerunt flumina et flauerent uenti et inruerunt in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna (Mt 7,1-27).

*Et paulo post:* Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque uirgam: dignus enim est operarius cibo suo. In quamcumque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit, et ibi manete, donec exeatis, intrantes autem in domum salutate eam. Et si quidem fuerit domus digna, ueniat pax uestra super eam: sin autem non fuerit digna, pax uestra ad uos reuertetur. Et quincumque non receperit uos neque audierit sermones uestros, exeuntes foras de domo uel de ciuitate excutite puluerem de



correrá una suerte más llevadera que aquella ciudad» (Mt 10,8-15).

«Daos cuenta de que os envío como ovejas en medio de lobos; sed, pues, precavidos como serpientes y sencillos como palomas. Guardaos de los hombres, porque os entregarán a los tribunales y os flagelarán en las sinagogas. Os conducirán ante sus gobernantes y sus reyes por causa mía, para ofrecerles vuestro testimonio a ellos y a los gentiles. Ahora bien, cuando os entreguen, no andéis meditando cómo y qué habléis, porque ya se os proporcionará qué habéis de decir en aquel momento. No seréis vosotros quienes habléis, sino el Espíritu de vuestro Padre será el que hable en vosotros. El hermano entregará al hermano a la muerte, y el padre al hijo; los hijos se levantarán contra sus padres y les causarán la muerte. Para todos seréis motivo de odio a causa de mi nombre. Sin embargo, el que perseverare hasta el final, ése estará a salvo. Cuando os persigan en una ciudad, huid a otra. En verdad os digo que no acabaréis de recorrer las ciudades de Israel antes de que venga el Hijo del hombre. No está el discípulo por encima del maestro ni el siervo por encima de su señor. Bástele al discípulo llegar a ser como su maestro y al siervo como su señor. Si al cabeza de familia lo calificaron de *Beelzebub* [162], ¡cuánto más a los miembros de su casa! No

pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorraeorum in die iudicii quam illi ciuitati.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum: estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Cauete autem ab hominibus: tradent enim uos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt uos, et ad praesides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri qui loquitur in uobis. Tradet autem fratres fratrem in mortem et pater filium, et insurgent filii in **[163]** parentes et morte eos adficient. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Cum autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israhel, donec ueniat Filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister *(975)* eius, et seruus, sicut dominus eius. Si patrem familias *Beelzebub* uocauerunt, quanto magis do-

[162] Divinidad de Canaán, era una de las formas de Baal. Para los judíos de tiempos del Antiguo Testamento era el Dominador del mundo inferior y Señor de los espíritus del mal. Los filisteos lo consideraron «Balaal, el Príncipe»; los judíos, jugando con los términos Baalzebul y Baalzebub, lo designaron «dios de las moscas». Mt 9,34; 12,24; Lc 11,15; Mc 3,22.

los temáis, pues, porque nada hay tan oculto que no sea descubierto, ni tan secreto que no acabe por conocerse. Lo que yo os digo en la oscuridad, decidlo a la luz; lo que os susurro al oído, predicadlo desde los tejados. No temáis a quienes matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma; temed más bien a quienes pueden hacer perecer alma y cuerpo en los infiernos. ¿No se venden dos pajarillos por un as? Y, sin embargo, ninguno de ellos cae a tierra sin que vuestro Padre lo sepa. Todos y cada uno de los cabellos de vuestra cabeza están contados. No temáis, pues: vosotros valéis más que muchos pajarillos. Todo el que se manifieste defensor mío ante los hombres, yo también lo defenderé ante mi Padre, que está en los cielos. Al que me niegue delante de los hombres, también yo lo negaré ante mi Padre, que está en los cielos. No creáis que he venido a traer la paz a la tierra; no he venido a traer la paz, sino la espada, pues he venido a separar al hombre frente a su padre, a la hija frente a su madre y a la nuera frente a su suegra: los enemigos del hombre serán sus propios familiares. Quien ama a su padre o a su madre más que a mí no es digno de mí; quien ama a su hijo o a su hija por encima de mí no es digno de mí. El que no toma su cruz y me sigue no es digno de mí. Quien encuentra su vida, la perderá; el que perdiera su vida por mi causa, la encontrará. Quien a vosotros recibe, a mí me recibe; y quien a mí me recibe, recibe a Aquel que me envió. Quien recibe a un profeta por su condición de profeta, tendrá re-

mesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum quod non reuelabitur et occultum quod non scietur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse ueneunt? Et unus ex illis non cadet super terram sine Patre uestro. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis. Quia autem negauerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis. Nolite arbitrari, quia uenerim pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum et filiam aduersus matrem suam et nurum aduersus socrum suam: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me, [164] non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suam, perdet illam: et qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Qui recipit uos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine



compensa del profeta; quien recibe a un justo por su condición de justo, tendrá recompensa del justo; cualquiera que diere de beber a uno solo de estos pequeños un simple vaso de agua fría por el hecho de ser mi discípulo, en verdad os digo que no quedará sin su recompensa» (Mt 10,16-42).

*Y un poco después:* «¿Con quién compararé la generación actual? Se asemeja a niños sentados en la plaza y que, gritándoles a sus camaradas, dicen: Os hemos tocado la flauta y no habéis bailado; hemos entonado lamentos y no habéis llorado. Porque vino Juan, que ni comía ni bebía, y dijeron: Está endemoniado. Viene el Hijo del hombre, que come y bebe, y dicen: Ahí tenéis a un hombre tragón y bebedor de vino, amigo de publicanos y de pecadores. Pero su sabiduría es puesta de manifiesto por sus hijos» (Mt 11,16-19).

*Algo más adelante:* «Acudid a mí cuando estáis fatigados y llenos de cargas, y yo os aliviaré. Tomad sobre vosostros mi yugo, y aprended de mí, que soy pacífico y humilde de corazón, y encontraréis descanso para vuestras almas. Porque mi yugo es suave y mi carga liviana» (Mt 11,28-30).

*Un poco más adelante:* «Si supierais qué significa "misericordia quiero y no sacrificio", nunca condenaríais a inocentes» (Mt 12,7) [163].

*Algo después:* «Quien no está conmigo, está contra mí; quien conmigo no recoge, desparrama. Por eso os digo: al

prophetae, mercedem prophetae accipiet: et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam (Mt 10,8-42).

*Et paulo post:* Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coaequalibus dicunt: cecinimus uobis et non saltastis, lamentauimus et non planxistis. Venit enim Iohannes neque manducans neque bibens, et dicunt: daemonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt: ecce homo uorax et potator uini, publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis (Mt 11,16-19).

*Et post paululum:* Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, et onus meum leue est (Mt 11,28-30).

*Item post aliquantum:* Si autem sciretis, quid est: misericordiam uolo et non sacrificium (cf. Os 6,6), numquam condemnassetis innocentes (Mt 12,7).

*Et post paululum:* Qui non est mecum, contra me est: et qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico uobis: omne peccatum et blasphe-

[163] Os 6,6.

*Et paulo post:* Et cum duxerint uos tradentes, nolite praecogitare quid loquamini, sed quod datum fuerit uobis in illa hora id loquimini. Non enim estis uos loquentes, sed Spiritus Sanctus (Mc 13,11). *Et post paululum:* Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit (Mc 13,13). *Et alio loco:* Videte, uigilate orantes: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo, qui peregre profectus reliquid domum suam et dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, et ianitori praecipiat, ut uigilet. Vigilate ergo: nescitis enim quando dominus domus ueniat: sero, an media nocte, an galli cantu, an

[169] El γαζοφυλάκιον era el lugar en que se recogían las limosnas y las rentas del templo de Jesuralén.

[170] Un cuadrante equivalía a un cuarto de as. Cf. nota 165.

a ser que se presente de improviso y os encuentre dormidos. Y lo que os digo a vosotros, a todos se lo digo: manteneos alerta» (Mc 13,33-37).

## XXVII. Del evangelio según Lucas

«Gloria a Dios en las alturas, y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad» (Lc 2,14).

*Un poco después:* «Las gentes le preguntaban: ¿Qué hemos de hacer? Él, respondiendo, les decía: Quien tenga dos túnicas, dé una a quien no tiene; quien tenga comida, obre del mismo modo. Se acercaron también publicanos para ser bautizados, y le preguntaron: Maestro, ¿qué hemos de hacer? Y El les contestó: No exijáis más de lo que os ha sido fijado. Le preguntaban también los soldados diciendo: Y nosotros, ¿qué hemos de hacer? Y El les respondía: No extorsionéis a nadie; ni le acuséis en falso: daos por satisfechos con vuestra paga» (Lc 3,10-14).

*Un poquito más adelante:* «Bienaventurados los pobres, porque vuestro es el reino de Dios. Bienaventurados los que ahora tenéis hambre, porque habréis de hartaros. Bienaventurados los que ahora lloráis, porque reiréis. Bienaventurados seréis cuando la gente os odie, se aparte de vosotros, os maldiga y desprecie vuestro nombre como algo infecto a causa

mane: ne, cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico: uigilate (Mc 13,33-37).

## XXVII. De evangelio secvndvm Lvcam

Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae uoluntatis (Lc 2,14).

*Et aliquanto post:* Et interrogabant eum turbae dicentes: quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: et qui habet escas, similiter faciat. Venerunt *(984)* autem et publicani, ut baptizarentur, et dixerunt ad illum: magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: nihil amplius quam quod constitutum est uobis faciatis. **[180]** Interrogabant autem eum et milites dicentes: quid faciemus et nos? Et ait illis: neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis uestris (Lc 3,10-14).

*Et post aliquantum:* Beati pauperes quia uestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cum uos oderint homines et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tamquam malum propter Filium hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces uestra



del Hijo del hombre. Alegraos ese día y saltad de gozo, pues grande será vuestra recompensa en el cielo. Del mismo modo obraban sus padres con los profetas» (Lc 6,20-23).

«Pero ¡ay de vosotros, ricos, porque ya habéis recibido vuestro consuelo! ¡Ay de vosotros, los que ya estáis saciados, porque entonces pasaréis hambre! ¡Ay de vosotros, los que ahora reís, porque habréis de gemir y de llorar! ¡Ay cuando todos los hombres hablaren bien de vosotros, porque del mismo modo obraban sus padres con los profetas!» (Lc 6, 24-26).

«Mas yo os digo a los que me estáis escuchando: amad a vuestros enemigos, y haced el bien a quienes os tienen odio. Bendecid a los que os maldicen. Orad por los que os calumnian. Si uno te abofetea en una mejilla, preséntale también la otra; y si alguno te sustrae el manto, no le impidas que se lleve también la túnica. A todo el que te pida algo, dáselo; y no reclames al que se ha llevado lo que era tuyo. Haced con los demás lo mismo que queréis que los demás os hagan a vosotros. Si amáis a los que os aman, ¿a qué recompensa os hacéis merecedores? También los pecadores aman a quien los aman. Y si hicierais el bien solamente a aquellos que os lo hacen a vosotros, ¿qué mérito tenéis en ello? También los pecadores se portan así. Y si sólo prestarais a aquellos de quienes esperáis recibir, ¿qué merecimiento ganáis? También los pecadores prestan a los pecadores para recibir otro tanto. Muy al contrario: amad a vuestros enemigos; haced el bien y prestad sin esperar nada a cambio. Así, vuestra recompensa

multa in caelo. Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum (Lc 6,20-23).

Verum tamen uae uobis diuitibus, quia habetis consolationem uestram. Vae uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vae uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. Vae cum bene uobis dixerint omnes homines: secundum haec faciebant prophetis patres eorum (Lc 6,24-26). Sed uobis dico qui auditis: diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis. Orate pro calumniantibus uos. Et qui te percutit in maxillam, praebe et alteram, et ab eo qui aufert tibi uestimentum tuum etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue, et qui aufert quae tua sunt ne repetas. Et prout uultis, ut faciant uobis homines, facite illis similiter. Et si diligitis eos qui uos diligunt, quae uobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si **[181]** benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quae uobis est gratia? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere, quae gratia est uobis? Nam et peccatores peccatoribus faenerant, ut recipiant aequalia. Verum tamen diligite inimicos uestros: benefacite et mutuum date nihil desperantes: et erit merces uestra multa, et eritis filii Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos et malos.

será grande, y seréis hijos del Altísimo, porque El es misericordioso con los ingratos y malvados. Sed, pues, misericordiosos, como misericordioso es también vuestro Padre. No juzguéis, y no seréis juzgados. No condenéis, y no seréis condenados. Perdonad, y seréis perdonados. Dad, y se os dará. Sobre vuestro regazo depositarán una buena medida, apretada, colmada, rebosante; porque con la misma medida que midiereis, se os medirá a vosotros» (Lc 6,27-38).

«Y les ponía una comparación: ¿puede acaso un ciego guiar a otro ciego? ¿No terminarán ambos cayendo en un hoyo? No es el discípulo superior al maestro; ahora bien, todo aquel que sea como su maestro, será perfecto. ¿Por qué andas mirando la paja en el ojo de tu hermano y, en cambio, no reparas en la viga que hay en tu propio ojo? ¿Cómo puedes decirle a tu hermano: hermano, déjame que te saque la paja que tienes en el ojo, mientras que tú no te das cuenta de la viga que tienes en el tuyo? ¡Hipócrita! Sácate primero la viga de tu ojo, y luego intentarás el modo de sacar la paja del ojo de tu hermano. No es el árbol bueno el que produce malos frutos; ni es el árbol malo el que da frutos buenos. Cada árbol se conoce por su fruto. No se cosechan higos en los espinos ni se vendimian uvas en los zarzales. El hombre bueno ofrece la bondad que se extrae del buen tesoro de su corazón. El hombre malo, de su malignidad hace salir el mal. De la abundancia del corazón habla la lengua. ¿Por qué me llamáis "Señor, Señor", y no hacéis lo que os digo? Todo el que se acerca a mí, escucha mis palabras y las pone en práctica, os diré a quién se parece. Se parece a un hombre que construyó una casa, cavó profundamente y asentó los cimientos sobre roca. Y cuando sobrevino una inundación, el río se abatió sobre su casa, pero no pudo moverla porque estaba asentada sobre roca. En cambio, el que escucha y no practica lo que oye se parece a un hombre que edificó su casa sobre tierra sin cimiento alguno: el río se precipitó sobre ella, y al punto la derribó; y la casa se arruinó completamente» (Lc 6,39-49).

*Un poco más adelante:* «¿A qué os diré que se parecen los hombres de esta generación? ¿A qué se parecen? A niños sentados en la plaza que juegan con otros diciéndose: Os hemos cantado acompañándonos con flautas, y no habéis bailado; hemos entonado lamentos, y no habéis llorado. Porque vino Juan, el Bautista, que ni comía pan ni bebía vino, y dijisteis: está endemoniado. Y vino el Hijo del hombre, que come y bebe, y decís: ahí tenéis a un tragón y bebedor de vino, amigo de los publicanos y de los pecadores. Pero la sabiduría es testimoniada por todos sus hijos» (Lc 7,31-35).

*Asimismo, un poco más adelante:* «La parábola se interpreta así: la semilla es la palabra de Dios. Quienes se hallan cerca del camino son los que escuchan, pero luego viene el diablo y arranca de sus corazones esa palabra para que no crean y, en consecuencia, no se salven. Quienes están sobre roca son los que, habiendo escuchado, aceptan gustosamente

Estote ergo misericordes, sicut et Pater uester misericors est. Nolite iudicare, et non iudicabimini. Nolite condemnare, et non condemnabimini. Dimittite, et dimittemini. Date, et dabitur uobis. Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur uobis (Lc 6,27-38).

Dicebat autem illis et similitudinem: numquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit sicut magister eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non consideras? Et quomodo potest dicere fratri tuo: frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uidens? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quae facit fructus ma*(985)*los, neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquaeque arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuas. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, et malus homo de **[182]** malo profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me: Domine, Domine, et non facitis quae dico? Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos, ostendam uobis cui similis est. Similis est homini aedificanti domum, qui fodit in altum et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta inlisum est flumen domui illius, et non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. Qui autem audit et non facit, similis est homini aedificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam inlisus est fluuius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna (Lc 6,39-49).

*Et post aliquantum:* Cui ergo similes dicam homines generationis huius? Et cui similes sunt? Pueris sedentibus in foro et loquentibus ad inuicem et dicentibus: cantauimus uobis tibiis et non saltastis, lamentauimus et non plorastis. Venit enim Iohannes baptista neque manducans panem neque bibens uinum, et dicitis: daemonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicitis: ecce homo deuorator et bibens uinum, amicus publicanorum et peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis (Lc 7,31-35). *Item post aliquantum:* Est autem haec parabola: semen est uerbum Dei. Qui autem secus uiam sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum, ne credentes **[183]** salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum, et hi radices non habent, qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uitae

la palabra, mas no echan raíces: de momento creen, pero en cuanto surge la tentación, se apartan. Lo que cayó entre las espinas, ésos son los que escucharon, pero cuando comienzan a germinar se ven ahogados por las preocupaciones, por las riquezas y por los placeres de la vida, y no producen frutos. Lo que cayó en buena tierra, ésos son los que guardan las enseñanzas en un corazón bueno y perfecto y, en su paciencia, proporcionan fruto» (Lc 8,11-15).

«Nadie enciende un candil y lo tapa con una vasija o lo coloca debajo de la cama, sino que lo pone en un candelabro para que quienes entran vean la luz. No hay cosa oculta que no termine poniéndose de manifiesto; ni nada escondido que no acabe por conocerse y hacerse público. Atended, pues, a lo que estáis oyendo: al que tiene se la dará; y al que no tiene se le quitará incluso lo que cree tener» (Lc 8,16-18).

*Algo después:* «Reuniendo a los doce apóstoles, les confió la virtud y la potestad sobre todos los demonios, y la de sanar las enfermedades. Y los envió a predicar el reino de Dios y a sanar a los enfermos. Y les dijo: No toméis nada para el camino, ni bestia, ni alforja, ni pan, ni dinero; no tengáis dos vestidos; en cualquier casa que entréis, en ella albergaos y no salgáis de ella. Cuando en algún lugar no os reciban, alejándoos de la ciudad sacudíos incluso el polvo de vuestros pies en testimonio contra aquella gente» (Lc 9,1-5).

*Un poco más adelante:* «Y les decía a todos: El que quiera venir tras de mí, niéguese a sí mismo, tome su cruz y sígame. Quien quiera salvar su vida, la perderá. En cambio, quien

euntes suffocantur et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes uerbum retinent et fructum adferunt in patientia (Lc 8,11-16).

Nemo autem lucernam accendens operit eam uaso aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Non enim est occulum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur et in palam ueniat. Videte ergo quomodo audistis. Qui enim habet, dabitur illi, et quicumque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo (Lc 8,16-18).

*Et post aliquantum:* Conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem et potestatem super omnia daemonia et ut languores curarent. Et misit illos praedicare regnum Dei et sanare infirmos, et ait ad illos: nihil tuleritis in uia, neque uirgam neque peram *(986)* neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habeatis, et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete et inde ne exeatis. Et quicumque non receperit uos, exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium super illos (Lc 9,1-5).

*Item post aliquantum:* dicebat autem ad omnes: si quis uult post me uenire, abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui



pierda su vida por mi causa, ése la salvará. Pues ¿de qué le aprovecha a un hombre ganar todo el mundo si se pierde a sí mismo o se expone al peligro? El que se avergonzare de mí o de mis palabras, de él se avergonzará también el Hijo del hombre cuando se presente en medio de su gloria, de la del Padre y de la de los santos ángeles» (Lc 9,23-26).

*En otro pasaje:* «Surgió entre ellos la discusión de quién sería el más grande. Pero Jesús, dándose cuenta de los pensamientos de sus corazones, tomando a un niño lo colocó a su lado y les dijo: Cualquiera que recibiere a este niño en mi nombre, a mí me recibe; y quien a mí me recibiera, recibe a Aquel que me ha enviado. Aquel que de entre vosotros sea el más pequeño, ése es el más grande» (Lc 9,46-48).

*Un poco después:* «Y le dijo a otro: Sígueme. Y aquél le respondió: Señor, permíteme primero ir a enterrar a mi padre. Y Jesús le dijo: Deja que los muertos entierren a sus muertos; tú ve y anuncia el reino de Dios. Y el otro añadió: Te seguiré, Señor; pero déjame antes ir a despedirme de los que están en mi casa. Y Jesús le dice: Nadie que ponga la mano en el arado y vuelva la vista atrás es apto para el reino de Dios» (Lc 9,59-62).

*Algo más adelante:* «Daos cuenta de que os envío como corderos en medio de lobos. No llevéis bolsa, ni alforja, ni calzado; no saludéis a nadie por el camino. En cualquier casa en que entréis, decid primero: Paz para esta casa. Y si allí

enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Nam **[184]** qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim proficit homo, si lucretur totum mundum, se autem ipsum perdat, et detrimentum sui fiat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum (Lc 9,23-26).

*Et alio loco:* Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum, adprehendens puerum statuit eum secus se et ait illis: quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: et quicumque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes uos, hic maior est (Lc 9,46-48).

*Et post aliquantum:* Ait autem ad alterum: sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire sepelire patrem meum. Dixitque Iesus: sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem uade, adnuntia regnum Dei. Et ait alter: sequar te, Domine, sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei (Lc 9,59-62).

*Et paulo post:* Ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, et neminem per uiam salutaueritis. In quamcumque domum intraueritis, primum dicite:

hubiera un hijo de paz, vuestra paz reposará sobre aquella casa; en caso contrario, retornará a vosotros. Albergaos en esa casa comiendo y bebiendo lo que en ella hubiere; pues el trabajador se hace acreedor a su salario. No paséis de casa en casa. En cualquier ciudad a la que lleguéis y os reciban, comed lo que os ofrezcan. Sanad a los enfermos que en ella hubiere, y decidles: El reino de Dios se ha acercado a vosotros. Cuando lleguéis a alguna ciudad y no os reciban, salid por sus plazas y decid: Sacudimos sobre vosotros incluso el polvo que se nos ha pegado de vuestra ciudad; pero enteraos, no obstante, de que se os ha acercado el reino de Dios. Y os digo que en aquel día Sodoma obtendrá mayor benevolencia que aquella ciudad» (Lc 10,3-11).

*Un poquito después:* «Sin embargo, no os alegréis por el hecho de que los espíritus se os sometan; alegraos, más bien, porque vuestros nombres están escritos en los cielos» (Lc 10,20).

*Algo más adelante:* «He aquí que un doctor de la Ley se levantó tratándolo de ponerlo a prueba y diciéndole: Maestro, ¿qué he de hacer para poseer la vida eterna? Pero El le contestó: ¿Qué está escrito en la Ley? ¿Cómo lees en ella? El otro le respondió: Amarás al Señor, tu Dios, con todo tu corazón, con toda tu alma, con todas tus fuerzas, con toda tu mente, y al prójimo como a ti mismo» (Lc 10,25-27) [171].

pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax uestra, sin autem, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt: dignus enim est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos **[185]**, manducate quaecumque adponuntur uobis, et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: adpropinquauit in uos regnum Dei. In quamcumque ciuitatem intraueritis et non receperint uos, exeuntes in plateas eius dicite: etiam puluerem, qui adhaesit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos: tamen hoc scitote, quia adpropinquauit regnum Dei. Dico uobis: quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati (Lc 10,3-11). *Et post paululum:* Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiciuntur: gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in caelis (Lc 10,20). *Et paulo post:* Ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum et dicens: magister, quid faciendo uitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? *(987)* Quomodo legis? Ille respondens dixit: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus uiribus tuis et ex omni mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum (Lc 10,25-27).

[171] Deut 6,5; Lev 19,18.



*Y un poco después:* «¿Quién de estos tres te parece que fue el prójimo de aquel que cayó en manos de los ladrones? Y el otro respondió: El que se mostró misericordioso con él. Y Jesús le dijo: Ve y obra tú de igual manera» (Lc 10,36-37). *Y un poquito más adelante:* «Marta, Marta; te muestras afanosa y te preocupas por demasiadas cosas, cuando sólo una es necesaria. María supo elegir la mejor parte, que no le será quitada» (Lc 10,41-42).

*Asimismo, un poco más adelante:* «Cuando oréis —afirma—, decid así: *Padre, santificado sea tu nombre; venga tu reino; proporciónanos también hoy nuestro pan cotidiano; perdónanos nuestros pecados, igual que nosotros perdonamos a todos los que nos ofenden; y no nos expongas a la tentación.* Les dijo también: Quién de vosotros tiene un amigo, y acude a media noche hasta su casa y le dice: Amigo, préstame tres panes, porque se me ha presentado un amigo mío que venía de viaje y no tengo qué ofrecerle de comer; y el de dentro le respondiera diciéndole: No me molestes; la puerta está ya cerrada y los niños están conmigo en la cama: no puedo levantarme y dártelo. Os digo que, aunque no se los diera por el hecho de ser amigo suyo, al menos por su inoportunidad se levantaría de la cama y le daría lo que necesitase. Y yo os digo: pedid, y se os dará; buscad, y encontraréis; llamad, y se os abrirá. Pues todo el que pide, recibe; el que busca, encuentra; y al que llama, se le abre. Si alguno de vosotros le pide a su padre pan, ¿acaso le dará éste una piedra? O si

*Et paulo post:* Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: uade et tu fac similiter (Lc 10,36-37). *Et post paululum:* Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima: porro unum est necessarium. Maria optiman partem elegit, quae non auferetur ab ea (Lc 10,41-42).

*Item post paululum:* Cum oratis —inquit— dicite: *Pater, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum:* **[186]** *panem nostrum cotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis: et ne nos inducas in temptationem.* Et ait ad illos: quis uestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicet illi: amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me et non habeo quod ponam ante illum: et ille de intus respondens dicat: noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est, et pueri mecum sunt in cubili: non possum surgere et dare tibi. Dico uobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter inportunitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico: petite, et dabitur uobis: quaerite, et inuenietis: pulsate, et aperitur uobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit inuenit, et pulsanti aperitur. Quis autem ex uobis patrem petit panem, numquid lapidem

le pide un pez, ¿le dará tal vez una serpiente en vez de un pez? O si le pide un huevo, ¿le ofrecerá quizá un escorpión? Pues bien, si vosotros, que sois malos, sabéis entregarles a vuestros hijos cosas buenas, ¿cuánto más vuestro Padre, que está en el cielo, dejará de daros bienes espirituales a quienes le pidan?» (Lc 11,2-13).

*Algo después:* «Y sucedió que, mientras estaba hablando, una mujer entre la muchedumbre, levantando la voz, le dijo: Bendito el vientre que te llevó y los pechos que mamaste. Pero El replicó: Al contrario: benditos quienes escuchan la palabra de Dios y la cumplen» (Lc 11,27-28). *Y un poco más adelante:* «Al terminar de hablar, un fariseo le rogó que comiera en su casa. Entrando en ella, ocupó un asiento. El fariseo, entonces, comenzó a decirse para sus adentros por qué Jesús no había bendecido antes el alimento. Pero el Señor le dijo: Vosostros, fariseos, limpiáis el exterior de la copa y del plato, pero vuestro interior está lleno de rapiña y de iniquidad. Necios, ¿acaso quien hizo el exterior no hizo también el interior? Dad en limosna lo que os sobra y todo se os limpiará. Pero ¡ay de vosotros, fariseos, que contabilizáis el diezmo de la menta, de la ruda y de todas las hortalizas, pero os despreocupáis de la justicia y del amor de Dios! Eso es lo que conviene practicar, sin dejar de lado aquello otro. ¡Ay de vosotros, fariseos, que ansiáis los primeros asientos en las sinagogas y los saludos en la plaza! ¡Ay de vosotros, que sois como sepulturas que no se ven, y los hombre que pasan por encima de ellas las ignoran! Interviniendo en la conversación,

dabit illi? Aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, numquid porriget illi scorpionem? Si ergo uos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis Pater uester de caelo dabit Spiritum bonum petentibus se? (Lc 11,2-3). *Et paulo post:* Factum est autem cum haec diceret, extollens uocem quaedam mulier de turba dixit illi: beatus uenter, qui te portauit, et ubera, quae suxisti. At ille dixit: immo beati qui audiunt uerbum Dei et custodiunt (Lc 11,27-28). *Et paulo post:* Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisaeus, ut pranderet apud se: et ingressus recubuit. Pharisaeus autem **[187]** coepit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum: nunc uos, Pharisaei, quod de foris est calicis et catini mundatis, quod autem intus est uestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod de foris est, etiam quod de intus est fecit? Verum tamen quod superest date elemosynam, et ecce omnia munda sunt uobis. Sed uae uobis, Pharisaei, qui decimatis mentam et rutam et omne holus, et praeteritis iudicium et caritatem Dei. Haec autem oportuit facere, et illa non ommittere. Vae uobis, Pharisaei, quia diligitis primas cathedras in synagogis et salutationes in foro. Vae uobis, quia estis ut monumenta quae non parent, et homines ambulantes supra



un doctor en la Ley le dijo: Maestro, con eso que estás diciendo nos ofendes también a nosotros. Y El le contestó: ¡Ay también de vosotros, doctores en la Ley, que cargáis a los hombres con pesados fardos que no pueden ser acarreados, y vosotros no tocáis la carga ni con un solo dedo» (Lc 11,37-46).

*En otro pasaje:* «Precaveos de la levadura de los fariseos, que es la hipocresía» (Lc 12,1). *Y un poco más abajo:* «Sin embargo, yo os digo, amigos míos, que no os aterroricen quienes matan el cuerpo, pero, aparte de ello, no pueden hacer nada más. Os indicaré a quién debéis temer: temed a Aquel que, después de matar, tiene la potestad de enviaros al infierno. Eso es lo que os digo: temed a ése. ¿No se venden cinco pajarillos por dos monedas? Y, sin embargo, ni uno solo de ellos es olvidado por Dios. Incluso todos los cabellos de vuestra cabeza están contados. No tengáis, pues, miedo: vosotros valéis más que todos los pajarillos. Y yo os digo: todo aquel que se confesare discípulo mío delante de los hombres, también el Hijo del hombre testificará en favor suyo delante de los ángeles de Dios. A todo aquel que hable contra el Hijo del hombre se le perdonará; ahora bien, si alguien blasfemare contra el Espíritu Santo, no se le perdonará. Cuando os conduzcan a las sinagogas, ante los magistrados y ante las autoridades, no andéis preocupándoos de cómo y qué tenéis que responder, ni de lo que habréis de decir: el Espíritu Santo os inspirará en ese momento qué es lo que conviene decir» (Lc 12,4-12).

nesciunt. Respondens autem quidam ex legis pe*(988)*ritis ait illi: magister, haec dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait: etiam uobis legis peritis uae, quia oneratis homines oneribus, quae portari non possunt, et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas (Lc 11,37-46).

*Et alio in loco:* Adtendite a fermento Pharisaeorum, quae est hypocrisis (Lc 12,1). *Et paulo post:* Dico autem uobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post haec non habent amplius quod faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis: timete eum qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico uobis, hunc timete. Nonne quinque passeres ueneunt dipondio? Et unus ex illis non est in obliuione coram Deo. Sed et capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: mul**[188]**tis passeribus pluris estis. Dico autem uobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum Sanctum blasphemauerit non remittetur. Cum autem inducent uos in synagogas et ad magistratus et potestates, nolite solliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis: Spiritus enim Sanctus docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere (Lc 12,4-12).

«Uno de entre la gente le dijo: Maestro, dile a mi hermano que reparta conmigo la herencia. Pero El replicó: Hombre, ¿quién me ha designado juez o repartidor entre vosotros? Y dirigiéndose a ellos, les dijo: Mirad y precaveos de toda avaricia, pues no es en la abundancia de riquezas en donde se fundamenta la vida de quien las posee. Y les puso una comparación diciéndoles: El campo de cierto hombre rico produjo pingües frutos, y él cavilaba para sus adentros preguntándose: ¿Qué haré, pues no tengo dónde almacenar mis cosechas? Y se dijo: Lo que haré será destruir mis graneros y levantar otros mayores; en ellos almacenaré todos los bienes que he acumulado; y le diré a mi alma: alma mía, tienes riquezas abundantes para muchos años; descansa, come, bebe, banquetea. Pero Dios le dijo: ¡Necio! Esta noche irán a reclamarte la vida. ¿De quién será todo cuanto has almacenado? Así se comporta todo el que acumula tesoros para sí mismo, pero no es rico a los ojos de Dios» (Lc 12, 13-21).

«Y dijo a sus discípulos: Por eso os digo: no os andéis preocupando de vuestra vida, de qué comeréis, ni con qué cubriréis vuestro cuerpo. La vida importa más que la comida, y el cuerpo es más importante que el vestido. Fijaos en los cuervos, que no siembran, ni cosechan, ni poseen despenseros ni hórreos, y sin embargo Dios los alimenta. ¡Cuánto más importantes sois vosotros que esas aves! ¿Quién de vosotros, por mucho que cavile, es capaz de añadir un simple centímetro [172] a su estatura? Y si no sois capaces de hacer algo tan sin importancia, ¿para qué os preocupáis de lo demás? Fijaos en cómo crecen los lirios: no trabajan ni hilan; y yo os digo que Salomón, a pesar de toda su magnificencia, no estuvo, sin embargo, vestido como uno solo de ellos. Si Dios viste a la hierba, que hoy está en el campo y mañana se arroja al horno, ¿cuánto más no va a hacerlo con vosotros, hombres de poca fe? No andéis buscando qué vais a comer o a beber, ni os dejéis sumir en las preocupaciones. Por todo eso es por lo que se afanan las gentes del mundo; sin embargo, vuestro Padre sabe que vosotros tenéis necesidad de ello. Procurad, más bien, buscar el reino de Dios, y todo lo demás se os dará por añadidura. No tengáis miedo, rebañito, porque a vuestro Padre le ha parecido bien daros el reino. Vended lo que poseáis y dadlo como limosna. Fabricaos bolsas que no envejecen, un tesoro que habrá de seros valioso en los cielos, al que no llega el ladrón, ni la polilla lo deteriora. Pues donde está vuestro tesoro, allí está también vuestro corazón» (Lc 12,22-34).

*Un poco más adelante:* «Vosotros estad preparados, porque a la hora que no esperáis vendrá el Hijo del hombre. Pedro le pregunta: Señor, ¿esa parábola nos la aplicas a nosotros, o también a todos los demás? Y el Señor le respondió: ¿Quién crees tú que es el siervo fiel y prudente al que su señor colocará al frente de toda la servidumbre para que les reparta su ración en el momento oportuno? Bienaventurado

Ait autem quidam ei de turba: magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei: homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem supra uos? Dixitque ad illos: uidete et cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens: hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, et cogitabat intra se dicens: quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam: destruam horrea mea et maiora faciam, et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea, et dicam animae meae: anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quae autem parasti cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat et non est in Deum diues (Lc 12,13-21).

Dixitque ad discipulos suos: ideo dico uobis, nolite solliciti esse animae [189] quid manducetis, neque corpori quid uestiamini. Anima plus est quam esca, et corpus quam uestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, et Deus pascit illos: quanto magis uos pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum et potestis, quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, non neunt. Dico autem uobis: nec Solomon in omni *(989)* gloria sua uestiebatur sicut unum ex istis. Si autem faenum agri quod hodie in agro est et cras in clibanum mittitur, Deis sic uestit, quanto magis uos pusillae fidei? Et uos nolite quaerere, quid manducetis, aut quid bibatis, et nolite in sublime tolli. Haec enim omnia gentes mundi quaerunt: Pater autem uester scit, quoniam his indigetis. Verum tamen quaerite regnum Dei, et haec omnia adicientur uobis. Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Vendite quae possidetis et date elemosynam. Facite uobis sacculos, qui non ueterescunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non adpropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi et cor uestrum erit (Lc 12,22-34).

*Et post paululum:* Et uos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis uenit. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an et ad omnes? Dixit autem Dominus: quis putas est fidelis seruus et prudens [190], quem constituet Dominus supra familiam suam, ut det in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum uenerit dominus, inueniet ita facientem. Vere dico uobis, supra omnia quae

[172] El texto dice: «un solo codo». El codo romano equivalía a 0,444 m.

el siervo a quien su señor, al llegar, lo encuentra cumpliendo con su deber. En verdad os digo que le encomendará la administración de todo cuanto posee. Pero si el siervo se dijera para sus adentros: Mi amo tardará en venir, y comenzara a vapulear a los criados y a las criadas, a comer, a beber y a embriagarse, el señor de aquel siervo se presentará en el día que no lo espera y a una hora que no sabe; lo apartará de su cargo y colocará su suerte entre la de los infieles. Pues el siervo que conocía la voluntad de su amo y no lo preparó todo y obró de acuerdo con tales deseos, recibirá numerosos azotes; en cambio, el que no la conocía y se hizo acreedor a los golpes, recibirá pocos azotes. Pues a todo el que se le da mucho, mucho será lo que se le reclame; y al que mucho se le encargó, más será lo que se le exija» (Lc 12,40-48).

*Asimismo, un poco después:* «Hipócritas: sabéis escudriñar la faz de la tierra y del cielo, ¿cómo es que no supisteis reconocer este tiempo? ¿Por qué incluso no sois capaces de determinar lo que de vosotros mismos es justo?» (Lc 12,56-57). *Algo después:* «Esforzaos por entrar por la puerta estrecha; porque yo os digo que muchos que pretenden entrar no podrán hacerlo» (Lc 13,24).

*Y en otro pasaje:* «Dándose cuenta de cómo los invitados elegían los primeros asientos, les decía esta parábola: Cuando se te invite a una boda, no ocupes el lugar más importante, no sea que se haya invitado a alguien más eminente que tú y, acercándose aquel que os invitó a ambos, te diga: Cédele tu lugar; y lleno de vergüenza tengas que ocupar el lugar más humilde. Muy al contrario; cuando te inviten, ve y ocupa el

possidet constituet eum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus uenire, et coeperit percutere pueros et ancillas, et edere, et bibere, et inebriari: ueniet dominus serui illius in die, qua non sperat, et hora, qua nescit, et diuidet eum partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus, qui cognouit uoluntatem domini sui et non praeparauit et non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit et fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est multum quaeretur ab eo, et cui commendauerunt multum, plus repetent ab eo (Lc 12,40-48).

*Item paulo post:* Hypocritae, faciem terrae et caeli nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem et a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est? (Lc 12,56-57). *Et aliquanto post:* Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico uobis, quaerunt intrare et non poterunt (Lc 13,24).

*Et alio loco:* Dicebat autem ad inuitatos parabolam intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo, et ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi: da huic



lugar más humilde, para que, cuando se te acerque el que te invitó, te diga: Amigo, colócate en este sitio más digno; y entonces ganes reputación ante todos los comensales. Porque todo el que se ensalza será humillado, y el que se humilla será ensalzado. Le decía también a la persona que lo había invitado: Cuando prepares una comida o una cena, no invites a tus amigos, ni a tus hermanos, ni a tus parientes o vecinos ricos, no sea que también ellos te cursen una invitación y resultes recompensado. Al contrario, cuando des un banquete, invita a los pobres, a los débiles, a los cojos, a los ciegos, y serás bienaventurado, porque no tienen posibilidad de recompensarte; pero se te recompensará cuando se recompense a los justos» (Lc 14,7-14).

*Y un poquito después:* «Si alguno viene a mí y no aborrece a su padre y a su madre, a su esposa e hijos, a sus hermanos y hermanas, e incluso a su propia vida, no puede ser discípulo mío. Quien no carga con su cruz y viene detrás de mí, no puede ser mi discípulo. Porque ¿quién de vosotros, deseando construir una torre, no se sienta primero a presupuestar los gastos y ver si tiene lo necesario para llevar a cabo su proyecto, no vaya a ser que después de echar los cimientos no pudiera concluirla y todos los que lo vieran comenzaran a reírse de él, diciendo: Ahí tienes a un tipo que comenzó a construir y no pudo culminar la obra? ¿O qué rey, al ir a hacer la guerra contra otro rey, no se sienta primero a sopesar si puede con diez mil hombres salir al encuentro de

locum, et tunc **[191]** incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Qui omnis qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem et ei qui se inuitauerat: cum facis prandium aut caenam, noli uocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, ne*(990)*que uicinos diuites, ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, caecos, et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in retributione iustorum (Lc 14,7-14).

*Et post paululum:* Si quis uenit ad me et non odit patrem suum et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus discipulus esse. Et qui non baiulat crucem suam et uenit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrem aedificare non prius sedens conputat sumptus, qui necesarii sunt, si habet ad perficiendum, ne, posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere, omnes qui uident incipiant inludere ei dicentes: qui hic homo coepit aedificare et non potuit consummare? Aut qui rex iturus committere bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat, si potest cum decem milibus occurrere ei qui cum uiginti

quien viene en su busca con veinte mil? En caso negativo, mientras aún se halla lejos su enemigo, le envía una embajada y le hace propuestas de paz. Así, pues, todo aquel de vosotros que no renuncie a cuanto posea no puede ser discípulo mío» (Lc 14,26-33).

*Algo más adelante:* «Y yo os digo: Con las riquezas terrenales, que son inicuas, ganaos amigos, para que, cuando muráis, se os reciba en las moradas eternas [173]. Quien es leal en lo intrascendente, también es leal en lo importante. Y quien es inicuo en cosa sin importancia, inicuo es también en lo trascendental. Pues bien: si no os mostrasteis fieles a las riquezas en la iniquidad, ¿quién os confiará lo verdadero? Y si en lo ajeno no fuisteis leales, ¿quién os dará lo que es vuestro? Nadie puede servir a dos señores, pues o aborrecerá a uno y amará al otro, o se aliará a uno y despreciará al otro. No podéis servir a Dios y a la riqueza. Estaban los fariseos escuchando todas estas palabras y, como eran avaros, se reían de El. Y díjoles: Vosotros sois los que os justificáis a vosotros mismos delante de los hombres; pero Dios conoce vuestros corazones. Porque aquello que los hombres consideran sublime, a los ojos de Dios sólo es abominación» (Lc 16,9-15). *Y unos versículos después:* «Todo el que repudia a su esposa y se casa con otra, comete adulterio» (Lc 16,19).

*Y un poco más tarde:* «No pueden por menos de sobrevenir escándalos. Pero ¡ay de aquel por el que sobrevienen! Más le valiera que le pusieran una rueda de molino en torno

milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. Sic ergo omnis **[192]** ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus (Lc 14,26-33).

*Et post aliquantum:* Et ego uobis dico: facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, *quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis,* quod uestrum est quis dabit uobis? Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet et alterum diliget, aut uni adhaerebit et alterum contemnet. Non potestis Deo seruire et mammonae. Audiebant autem haec omnia Pharisaei, qui erant auari, et deridebant illum. Et ait illis: uos estis qui iustificatis uos coram hominibus, Deus autem nouit corda uestra: quia quod hominibus altum est abominatio est ante Deum (Lc 16,9-15). *Et post paucos uersus:* Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur (Lc 16,19).

*Et post paululum:* Inpossibile est ut non ueniant scandala: uae autem illi per quem ueniunt. Utilius est illi, si lapis molaris inponatur circa

[173] Es decir, emplead las riquezas terrenales en ayuda de los demás y en buenas obras. Cf. Mt 6,20; 19,21; Lc 11,41; 12,33-34.



al cuello y lo arrojasen al mar antes de escandalizar a uno de estos pequeñuelos míos. Velad por vuestros intereses: si tu hermano te ofendiera, amonéstalo; y si se arrepintiese, perdónalo. Y si te ofendiera siete veces al día, y siete veces al día se dirigiera a ti diciéndote "perdóname", concédele tu perdón» (Lc 17,1-4).

*Y en otro pasaje:* «A unos que se ufanaban de justos y despreciaban a los demás, les dijo esta parábola: Dos hombres —el uno fariseo, el otro publicano— subieron al templo a orar. El fariseo, puesto en pie, oraba consigo de esta manera: Gracias te doy, Señor, porque no soy como los demás hombres, ladrones, injustos, adúlteros; ni siquiera como ese publicano. Yo ayuno dos veces por semana y entrego el diezmo de todo lo que poseo. En cambio, el publicano, situado en un rincón, no osaba siquiera elevar sus ojos al cielo, sino que se golpeaba el pecho diciendo: Dios mío, ten benevolencia conmigo, que soy un pecador. Yo os aseguro que éste regresó a su casa justificado antes que el otro. Porque todo el que se ensalza será humillado, y todo el que se humilla será ensalzado» (Lc 18,9-14).

«También traían niños ante El para que los tocase. Viéndolo los discípulos, les reñían. Pero Jesús, reuniéndolos, les dijo: Dejad que los niños se acerquen a mí y no se lo impidáis. El reino de Dios es de quienes son como ellos. En verdad os digo que quien no recibiere el reino de Dios como un niño, no entrará en él» (Lc 18,15-17).

collum eius, et proiciatur in mare, quam ut scandalizetur unum de pusillis istis. Adtendite uobis: si peccauerit frater tuus, increpa illum, et si paenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te et si septies in die conuersus fuerit ad te dicens: paenitet me, dimitte illi (Lc 17,1-4).

*Et alio loco:* Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros para**[193]**bolam istam: duo homines ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisaeus et alter publicanus. Pharisaeus stans haec apud se orabat: Domine, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri ho*(991)*mines, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quae possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad caelum leuare, sed percutiebat pectus suum dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur (Lc 18,9-14).

Adferebant autem ad illum et infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem conuocans illos dixit: sinite pueros uenire ad me et nolite eos uetare. Talium est enim regnum Dei. Amen dico uobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud (Lc 18,15-17).

«Un personaje importante le preguntó: Maestro bueno, ¿qué debo hacer para poseer la vida eterna? Y Jesús le respondió: ¿Por qué me llamas bueno? Nadie es bueno, sino solo Dios. Ya conoces los mandamientos: no matarás, no cometerás adulterio, no robarás, no dirás falso testimonio, honra a tu padre y a tu madre (Ex 20,13). El otro replicó: Todo eso lo he observado desde mi juventud. Al oírlo, Jesús le dijo: Aún te falta una cosa: vende todo cuanto tienes y dáselo a los pobres, y poseerás un tesoro en el cielo; luego ven y sígueme. El otro, al escucharlo, se puso triste, porque era muy rico. Y viendo Jesús que se había entristecido, añadió: ¡Qué difícil es que quienes poseen riquezas entren en el reino de Dios! Resulta más sencillo que un camello pase por el ojo de una aguja que un rico entre en el reino de Dios. Los que le escuchaban comentaron: ¿Quién puede, entonces, salvarse? Y El les respondió: Lo que les resulta imposible a los hombres, le es posible a Dios. Pero Pedro dijo: Date cuenta de que nosotros lo hemos abandonando todo y te hemos seguido. Y El afirmó: En verdad os digo que no habrá nadie que deje su casa o sus padres, hermanos, esposa e hijos a causa del reino de Dios, que no reciba mucho más en esta tierra y la vida eterna en el siglo venidero» (Lc 18,18-30).

*Y en otro lugar:* Entonces Zaqueo, poniéndose en pie, le dijo al Señor: Mira, Señor: entrego a los pobres la mitad de mis bienes; y si en algo he defraudado a alguien, le restituyo el cuádruple. Jesús le contestó: Hoy ha llegado la salvación a esta casa, porque también éste es hijo de Abraham. Pues el Hijo del hombre ha venido a buscar y a salvar lo que se había perdido» (Lc 19,8-10).

Et interrogauit eum quidam princeps dicens: magister bone, quid faciens uitam aeternam possidebo? Dixit autem Iesus: quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti: non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem (cf. Ex 20,13). Qui ait: haec omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei: adhuc unum tibi deest: omnia quaecumque habes uende et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni, sequere me. His ille auditis contristatus est, quia diues erat ualde. Videns autem illum Iesus tristem factum dixit: quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei intrabunt! Facilius est enim camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant: et quis potest saluus fieri? Ait illis: quae inpossibilia sunt apud **[194]** homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus: ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Qui dixit eis: amen dico uobis, nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, et non recipiat multo



*Un poco después:* «Por lo tanto, devolved al César lo que es del César, y a Dios lo que es de Dios» (Lc 20,25). *Y en otro pasaje:* «Oyéndolo todo el pueblo, dijo a sus discípulos: Guardaos de los escribas, que gustan pasearse vistiendo estolas y ansían los saludos en las plazas, los primeros asientos en las sinagogas y los lugares de honor en los banquetes; que devoran las haciendas de las viudas con la disculpa de hacer larga oración: ésos recibirán una condena más severa» (Lc 20,45-47).

